

Forscher und massvoller Kritiker.<sup>1)</sup> Freilich begegnen wir auch Ansichten, welche Belser nach wiederholter Prüfung ändern dürfte, wie er dies bezüglich des Tages des hl. Abendmahls schon gethan hat und mit Recht.

Die Beigabe der Apocryphen ist insofern vom Werte, als mancher Leser, welcher sich über dieselben belehren will, nicht immer etwas Entsprechendes bei der Hand hat. Möge diese vortreffliche Einleitung eine Ausbreitung in weitere Kreise finden und das wissenschaftliche Bibelstudium fördern. *E. G., O. S. B.*

## P. Odilo Rottmanner O. S. B. Dr. theol.: Predigten und Ansprachen.

II. Band. München 1902. 8<sup>o</sup>. 368 S.

Haud parva cum delectatione modo sermonum volumen alterum perlegimus nuper a R. T. D. Odilone Rottmanner O. S. B. Monaci editum.

In his sermonibus genus dicendi nostris quidem temporibus mirum, ne dicam novum videatur, quum auctor Patrum more, in quorum scriptis non mediocriter est versatus, et exordium et perorationem omittens a forma oratoria trita atque usitata discedat. Verbis perpauca, quibus propositum sermonem cum evangelio copulat, praemissis, directo ad argumentum transit, quo tam accurate quam exquisitè tractato perorationem item omittens fructum colligendum, qui ceterum ultro fere cadit, auditoribus relinquit. Dictio est elegans et plana, quantum, ut in praeclaro sermone de Purificatione B. M. V. aliisque elationem quoque orationis et altitudinem admirari licet; sententiae breves et concisae, sed quod lectori imprimis probatur, omnino logice inter se conjunctae. Auctoris doctrina ex Sacra Scriptura maximam partem et Patrum commentariis hausta saepius est alta, sed intelligibilis; nova nonnunquam atque inopinata, semper vero recta ac sana egregieque temporum conditioni accommodata. Praeter theologiae et philosophiae, qua mirum in modum ornatus est, scientiam, auctori singularis cum vitae societate familiaritas, rerum hominumque observatio, cognitio animorum haud mediocri usui fuit et commodo. Comparationes, quibus scite et ingeniose utitur, sunt illustres, dicta et proverbia quasi ex audientium animis elicita ac sumpta. Sacrae Scripturae peritissimus »similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera, idque tanta cum simplicitate ac varietate, ut argumentatio atque aliae, quae per se siccae et jejunae esse solent sermonis partes, locis Scripturae scite intermixtae texto comparabiles florido etiam rudi illiteratoque auditori et lumen afferant et laetitiam. Sermonibus Patrum exceptis, vix alios legas permultos, in quibus Sacra Scriptura sapientius ac jucundius sit adhibita et usurpata. Quam ob rem, viris doctissimis jam primum volumen benignissime interpretatis, minime dubitamus, et hoc alterum et sacerdotibus commendare et laicis, in quo illi egregium dicendi exemplum, hi plenum animae invenient quasi pabulum.

Maredsous.

*P. Thomas Elsässer O. S. B.*

<sup>1)</sup> Dem Referenten möge gestattet sein zu bemerken, dass sich Belser in der Erklärung von Jac. 2, 24 (S. 674 f.) enge an die Darstellung dieses strittigen Gegenstandes in den Studien u. M. aus dem B. O. Jahrg. 1896, S. 512 f. anschliesst. Referent hat diesen Gegenstand stets nach dem Grundsatz behandelt: *Contraria proferuntur non de eodem objecto, sed de objectis diversis*, und für diese Auffassung zwingende Motive einerseits beim hl. Jacobus, andererseits in den aus den Briefen des hl. Paulus zur Vergleichung herangezogenen Stellen vorgefunden.